



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

11 Quæ peculia filij ob crimen parentis confiscatione dignum publicentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

328 De pœnis temp. hæret. special. de confisc.

decif. Pedemont. 94. à num 9 Sanchez. lib. 2. cap. 15. n. 11. Subdit tamen Molin. in regno Luitaniae, & Castellae, si filius iam per hæresim exemptus à potestate Ecclesiae reconcilietur, & matrimonium contrahat Ecclesiae benedictionibus subsecutus, in quo casu usufructus debitus patri si ius accreuerit, iuxta l. 4. 8. Tauri, quæst. 9. tit. 1. l. 5. recipit, si tunc deuenire, quia succedit in omnibus bonis ipsius delinquentis. At credo nequaquam tunc fisco esse applicandum, sed delinquenti, quia confiscatio non extenditur ad bona futura, sed ad præsentia, & existentia tempore delicti. Addit insuper Molin. utroque loco, & Sayrus in clauis regia l. 9. cap. 7. num. 7. vers. contra, usufructum bonorum, quæ filius post hæresim acquirit, fisco esse applicanda, quæ & proprietates fisco debentur. Hoc tamen dicit Sanchez num. 11. in fine, intelligendum esse de bonis acquisitis durante hæresi, non de acquisitis: postquam de illa reus penituit. At credo nulla ex his bonis ad fisco pertinet, sed ad ipsum criminiosum, si capax est acquisitionis, quod in vitimo puncto huius dissertationis examinabimus, vel ad illius consanguineos, & hæredes, si incapax ratione criminis factus sit.

19 Victima difficultas est de bonis castrensibus, aut quasi castrensibus. An, inquam, ob delictum filij publicentur, vel patri deferantur?

Publicari, inquam, tradiderunt Nilus in tract. de bannitis. l. 1. p. 2. temp. quæst. 25. Anton. Gom. var. resolut. tit. de fornicat. cap. 15. n. 5. vers. sed his non obstantibus. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 3. Valq. 1. 2. disput. 169. cap. 1. n. 6. Gigas tract. de crimin. l. 1. de maiest. l. 2. tit. de pœnis committit hoc crimen q. 12. Si man. de catholic. instit. tit. 9. n. 13. Bonac. disp. 3. de contract. q. 8. p. ult. n. 18. & alij plures, quos referunt Peregrin. Farinac. & Sanchez locis allegandis. Fundamentum huius sententiæ est, quia filius in his bonis habet plenum, & perfectum dominium, tam quoad proprietatem, quam quoad usufructum, liberamque illorum administrationem, & dispositionem, sicuti si esset pater familiæ, ut constat ex l. 2. C. ad Macedon. l. cum oportet, vers. exceptis, C. de bonis qua liberis l. miles 1. ff. de castrens. peculio. Ergo delinquendo poterit illud amittere, qui enim delictum committit confiscatione dignum, tacite alienare censetur l. Imperatores ff. de iure fisci, Neq; obstat l. 3. C. de bonis proscript. cui contrariæ sententiæ Doctores innuntur: nam esto in illa lege mandetur bona castrensia non debere à patre auferri, ideo erat quia tempore illius legis bona patris erant; solimque filio permittebatur favore militiae de illis disponere, quod si non disponebat, patri deferrebantur tanquam propria ex l. 2. ibi esse ff. de castrens. peculio. At hodie iure bona castrensia non sunt patris, sed filij; neque pater iure proprio delictum in illis succedit. Authent. de hæredib. ab intest. venientib. collat. 9. §. si igitur defunctus & Authent. defuncto C. ad Terrull. c. l. 3. C. de bonis qua liberis. Et l. fin. C. de successib. & aliis. Ergo cessare debet dispositio illius legis cum finis illius esset.

20 Dicendum tamen est, etsi supradicta sententiæ sit satis probabilis, probabilis esse hæc bona fisco non deferri, sed patri, sic Clarus l. 5. quæst. 78. vers. quæro etiam, Menoch. de recuper. poss. rem. 9. n. 69. c. 70. Couart. l. 2. var. resolut. c. 8. n. 7. Peregrin. de iure fisci l. 5. §. 1. n. 130. Farinac. p. prax. q. 2. 4. n. 11. Sanch. l. 4. e. 15. n. 4. Fachin. lib. 9. controuers. cap. 49. & alij innumeri apud ipsos.

Fundamentum est dicta l. 3. C. de bonis proscript. vbi Imperator patri, cuius filius est deportatus, concedit omnia bona castrensia, aut quasi castrensia; inquit enim, si filius tuus, cum esset in tua potestate, in insulam deportari meruit: peculium eius nec quod in castris acquisiuit, vel quod ei militaturo donasti auferri tibi debet. Sed hæc lex nulla alia lege est abrogata. Ergo dicendum est facta capitis diminutione in filio deferendum esse patri eius peculium. Minorem probo quia solim abrogata est lex negans filio familias administrationem, & dispositionem bonorum castrensiū, & quod in illis non habet hæredem, si ab intestato decedat: at ex horum abrogatione non inferatur abrogatio supradictæ legis, quia stare optimè potest filium habere hæredem, & successorem, admittitque posse bona castrensia, & nihilominus si delinquit, ea patri deferri in prærogatiua patriæ potestatis, & illius iocantium. Ergo. Et confirmo. Filio interdicta erat iure antiquo administratio & dispositio eiusdemque peculij acquisiti, quia patri acquirere l. placet 78. ff. de acquirend. hæredib. Nouo iure concessa est libera castrensium dispositio l. 3. C. de castrens. peculio. lib. 2. c. l. 2. C. ad Macedoniam. At in hac concessione non intelligitur concessa dolosa administratio, & alienatio per delictum l. creditor §. Lucius ff. mandati. Confirmo secundo. Filio familias non est concessa facultas castrensia bona alienandi ex iure communi, sed ex iure speciali, & privilegiato: cui est concessa facultas ex iure speciali, & privilegiato alienandi alienare non potest per delictum. Secundo, respondendo Doctores, in suprad. l. si filius, C. de bonis proscript. Ergo.

21 Ex his soluantur rationes contrariæ.

Ad primam dico, esto habeat filius dominium, & administrationem peculij castrensium non habet iure communi, sed speciali, & privilegiato, ideoque alienare non potest per delictum. Secundo, respondendo alienare quidem bona castrensia non fisco sed

patri, qui ex suprad. l. si filius 3. in hac alienatione fisco præferatur. Ad secundam concedo latam esse hanc legem tempore quo filius omnia patri acquirerebat, quod licet sit mutatum, quoad acquisitionem, & successorem dispositionemque; non tamen est mutatum illa in parte, in qua statuitur patri fisco præferendum esse à patreque illa bona non esse auferenda. Nam ut rectè Cuiaç. notat lib. 6. obseruat. cap. 11. & Fachin. lib. 1. controuers. cap. 8. circa finem, c. lib. 8. cap. 4. taxè antiquas leges in aliqua parte correctas esse posterioribus constitutionibus, & in aliis partibus suum vigorem obtinere; præcipue cum factis sit titum prouebium à iure antiquo recedendum non esse absque textu expresse, quia iuris correctio est odiosa, & omnino vitanda l. præcipimus C. de appellat. At nullus est textus nouus expresse, negans hæc bona patri esse deferenda, cum filius patitur capitis diminutionem. Ergo.

22 Ampliatur hæc doctrina, vt procedat in casu quo filius condemnatus filios habeat, quia hoc non obstat, quominus patri peculium filii debitum deferatur, sic relaco Saliceto, Alexand. & Peregrino tradit Sanch. l. 2. cap. 15. num. 5. At hoc intelligendum est in casu quo filius condemnatus sub patria esset potestatis, si quidem in illius prærogatiua, & solacium bona filij condemnati patri deferuntur, vt tradit Conar. lib. 2. var. cap. 8. n. 7. Iulius Clarius li. 5. quæst. 78. vers. quæro etiam ad finem Farinac. q. 24. n. 15. circa finem. Quod tamen in regno Castellæ, & Luitaniae fieri non potest, cum eo ipso, quo filius uxorem ducat patriam potestatem egrediatur, vt habetur lib. 1. Lusitanarum ordinat. tit. 67. §. 4. c. l. 4. tit. 78. §. 2. c. leg. 47. c. 48. Tauri, quæ sunt 8. c. 9. tit. 1. lib. 5. recipit, & tanquam à patria potestate egressus, & sui iuris omnia bona fisco, & non filijs, neque parentibus debentur.

23 Sed dubium est, an in crimine læsæ maiestatis humanae, & diuinæ, & odomini publicentur; Negat Sanchez lib. 2. c. 15. num. 4. sine. Mouetur quia nihil speciale videtur esse de his criminibus statutum.

Contrarium tamen affirmandum est cum Gigas de crimin. l. 1. maiest. lib. 2. tit. de pœnis committit hoc crimen q. 12. in fine. Quædam in suis quæstionib. fiscal. q. 19. ad finem. Reperit inquit verbo confiscatio vers. item propter hæresim. Vmbert. Locat. p. iudiciali inquisit. q. 18. vers. sed vt nihil remaneat. Fachin. l. 9. controuers. c. 49. sine. Octavian. decif. Pedemontana 94. Farinac. l. praxi. q. 24. n. 14. c. de hæresi quæst. 190. §. 1. num. 17. Ratio est, quia in l. qui quis filij ob C. ad l. l. ul. maiest. filio familias imponitur hæc pœna amissionis suorum bonorum: at si ob hæc crimina bona castrensia non amittit filius, nulla sunt bona, quæ amittere potest, quia nulla alia habet magis propria, & lex respectu filij familias vana esset, & inutilis. Et confirmo, lex condemnat filium in amissione suorum bonorum, neque distinguit, an sint sua ex iure communi, an ex iure speciali. Ergo omnia comprehendit.

PUNCTVM XL

Quæ peculia filij ob crimen parentis confiscatione dignum publicentur.

- 1 Usufructus finitur, quoties usufructuarius patitur maximam an mediam capitis diminutionem, & quæ hæc sit.
- 2 Sint ne hæc correctæ per authenticas, sed hodie examinatur.
- 3 Concluditur non esse correctæ.
- 4 Bene tamen in regno Castellæ.
- 5 Si delictum usufructuarij habet amexam, maximam, aut mediam capitis diminutionem, & non publicatur usufructus sed finitur, specieto iure communi.
- 6 In regno Castellæ negant aliqui publicari.
- 7 Probabilis est publicari.
- 8 Bona castrensia, aut quasi non publicantur ob crimen patriis.
- 9 Bona aduentitia quoad proprietatem non publicantur quoad usufructum probabilis est publicari.
- 10 An committente patre delictum ratione cuius exit filium à patria potestate extinguatur in parte usufructus bonorum quæ filium ante delictum acquisiuit? Sanchez. & Molin. in solo crimine hæresi affirmant extinguui.
- 11 Farinac. distinctio approbatur.
- 12 Quid dicendum assensu iure regio Castellæ & Lusitaniae.
- 13 Peculium profectitium an publicetur publicati boni parentis, Propositio ambigendi ratio.
- 14 Temperatur, vt non procedat in delicto per quod soluitur patria potestas.
- 15 Probabilis censet supradictum peculium publicari, publicari bonis parentis.
- 16 Fit satis rationi dubitandi non 13. adducta.
- 17 Legitima, & alimenta debita filio non publicantur.
- 18 Excipit in bonis maternis ob matris delictum.
- 19 Item non procedit in filijs conceptis post condemnationem.
- 20 Neque item procedit in crimine hæresi.
- 21 Neque in crimine læsæ maiestatis humanae commisso, contra Principem.



- 22. Filiis suorum reservatur legitima de bonis maternis ob parentum delictum.
- 23. Quod debeat ex bonis parentis.
- 24. Non caret probabilitate reservanda esse alimentis filiis parentum committentium crimen lesa maiestatis.
- 25. Responsum filii, quibus non reservatur alimenta, abscondere sibi ad victum graviter necessaria.

Ultimas in Puncto precedenti, parentem in bonis aduentitii filii habere usufructum, & in bonis profectitium non solum usufructum, sed etiam proprietatem. Videndum ergo est, an publicatis bonis ob delictum patris, hac bona, quae sibi sunt publicata, saltem secundum eam partem, quae ad partem pertinet.

Pro resolutione praemittendum est, quia ratione per delictum finitur usufructus. Iure ergo communi usufructus finitur, quocirca usufructuarius patitur maximam, aut mediam capitis diminutionem, quia tunc efficitur servus penae & pro merito reparatur: & sicut mortuo usufructuario perit usufructus, & consolidatur cum proprietate, ita cum iure pro mortuo continetur: habetur *l. corruptioem, C. de usufructu. Et §. finitur, Inst. de usufructu.* & ibi communiter Doctores. Dicitur autem quis pari maximam capitis diminutionem. Primum cum ad metallum damnatur, vel bestias subicitur. §. *pena servus, Inst. quibus modis ius patris potest solvi.* Secundo si ultimo suspensio damnatur. *l. qui ultimo suspensio ff. de penis.* Tertio, si liberis ob ingratitudinem in patronum sequitur redigatur. Quarto, si maior 25 annis patiatur se vendi, vel pretio fruatur. §. *maxima, Inst. de capitis diminutione.* Mediam tamen capitis diminutionem patitur quis, si ei interdicitur aqua, & ignis, vel in insulam deportetur, etiam si libertatem retineat. §. *minor, Inst. de capitis diminutione.* Debet tamen haec deportatio, & relegatio fieri cum amissione omnium bonorum, alios non dicitur mediam capitis diminutionem pati. §. *eum autem, vers. relegati Inst. quibus modis ius patris potest solvi.* Haec tamen poena interdictionis aquae, & ignis, damnationis in metallum, & deportationis, non videtur esse in usu: at loco illarum succedit cultum perpetuum, praecipue in insulam minus salubrem; damnatio ad perpetuum carcerem, vel tritremis. sic Peregrin. *de iure filii lib. 5. tit. 1. n. 116.* Gregor. Lopez. *l. 4. tit. 3. part. 7. Sanchez. lib. 2. c. 16. num. 7.* Molin. *tom. 1. disp. 9. §. quod ut melius.*

Sed non est parva difficultas, an haec omnia correcta sint per authent. *sed hodie, C. de donat. inter vir. Et vxor.* quae ex authent. *de nupt. §. quod autem,* desumpta est: ubi habetur neminem a principio benedatum, id est ingenuum effici servum poena, etiam ad supradictas penas condemnentur. Nam si desineat esse servus poena, non debent ab illo bona auferri, neque illorum ei dispositio interdici; ac proinde neque usufructus, si usufructuarius est, finiri.

Quia in re Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 15. num. 20. vers. secundo modo, Et l. 4. Tauri, n. 2.* Couar. in *rub. de restam. p. 3. n. 27.* censent non reparari servum poena, neque tanquam mortuum usufructuarius, neque eius usufructum finiri, si condemnentur ad mortem civilem damnationis in metallum, carcerem, vel tritremis perpetuus, aut quid simile; quia per suprad. authent. liberatur a servitute poena, & consequenter priuari non debet iure disponendi de suis bonis, sicut verò (inquam) dicendum est, si condemnentur ad mortem naturalem, quia tunc etiam de iure authenticitatem efficitur servus poena, sicut antea; ac proinde inextinguibilis, & usufructus eius finitur: adducunt pro hoc glossam ordinariam in *dict. authent. sed hodie*, & ibi Odo. fed. Petr. Cynum, Bart. Salicetam, & communem, & Bart. in *l. qui ultimo, ff. de penis.*

Non tamen caret difficultate haec doctrina. Primum, quia *auth. sed hodie*, nullam distinctionem facit inter condemnatum ad mortem naturalem, vel ad civilem. Ergo utrumque condemnatum comprehendit. Ergo utrumque eximit a servitute poena. Et quidem utrumque erat antea servus poena, & inextinguibilis factus sine illa distinctione. *l. eius qui, §. 1. ff. de restam. l. quidam ius servus, ff. de pen.* & alius. Secundo, cito ad condemnatum ad mortem civilem, vel naturalem tollatur servitus poena, neque libertatem per condemnationem amittant, non inde efficitur esse habitiles ad testandum, dispositionemque suorum bonorum habere. Nam iure antiquo, quibus erat interdictionis aquae, & ignis, vel in insulam deportabantur, non efficiebantur poena servus, qui a isto civitatem amitterent, & non amittebant libertatem. §. *minor, Inst. de capitis diminutione.* Et tamen ij deportati, & proscripti inextinguibilis erant. *l. eius qui, §. sed cui, ff. de testamentis.* quia simul cum deportatione omnibus suis bonis spoliantur; & sicut, vel haeredibus ab intestato applicabantur. Quod si aliquando deportatio contingebat absque horum bonorum amissione, sic deportatus, & relegatus mediam capitis diminutionem non dicebatur passus, *Inst. quibus modis ius patris potest solvi. §. cum autem, vers. relegati.* Ergo quantum *authent. sed hodie*, collat ad condemnatis ingenuis servitutem poena, non inde inferatur fecisse illos habitiles ad testandum.

Quapropter dicendum videtur ex vi illius *Authent. de nupt. §. quod autem, Et ex Authent. sed hodie, C. de donat. inser. fecit.* de Castro Sam. Mor. Paris 1.

vir. Et vxor. condemnatum ad mortem civilem, vel naturalem non esse servum poena, in ordine ad matrimonium contrahendum, vel ad perseverandum in contractu; sed habendum esse in hac parte, ac si omnino liber, & indamnatus existereat in ordine ad testamentum, vel dispositionem suorum bonorum, nihil esse de servitute immutatum, sed tam condemnatum ad mortem naturalem, quam ad civilem, scilicet ad deportationem cum amissione omnium bonorum; tam, inquam, patientem maximam capitis diminutionem, quam patientem mediam, inextinguibilis esse, & inter mortuos reputatos; ac proinde usufructum in illis, si quis erat, finiri, & ad proprietarium devolui: ita doctè defendit Molin. *Testam. tom. 1. disp. 9. col. 2. Et 3.* Panorm. in *rub. de restam. Bart. & alij.*

At in regno Castellae post legem 4. Tauri, quae est 4. tit. 4. l. 5. recipiat. hoc ius mutatum est: conceditur enim his condemnatis potestas testandi, & disponendi de bonis confiscationi non subiectis, ac si condemnati non essent. Ex qua decisione inferitur non perire usufructum in usufructuario per maximam, aut mediam capitis diminutionem, sed necessario requiri mortem naturalem cum effectu. Ratio est manifesta, quia iure communi de causa sinebatur usufructus, usufructuario condemnato, quia respectu bonorum temporalium tanquam mortuus reputatur. At ex iure regio Castellae cessat haec reputatio, cum damnatus ad mortem possit testari, libereque de bonis disponere. Ergo cessante hac reputatione ex regio Castellae, cessare debet dispositio, & finis usufructus: & ita tradit Molin. *d. disp. 9. vers. his ita constituitur, Et vers. dixit facilius.* Ferd. Rebell. *l. p. lib. 1. q. 7. sect. n. 22.* Sanch. *lib. 2. in Decal. c. 16. n. 8.* Eandem doctrinam extendunt supradicti Doctores ac Lusitaniam regnum; cum enim in illo condemnatis ad mortem naturalem concedatur potestas testari ad aliqua pia opera, de tertia parte suorum bonorum, ut constat ex *§. lib. ordinam. tit. 9. 4.* & tacite condemnatis ad mortem civilem potestas testandi sic concessa; efficitur sane usufructum illorum, si quem habent, non finiri per condemnationem, quovis modo cum effectu mortis naturalis sequatur. Non enim reputari ij possunt tanquam mortui, quibus aliqua bonorum suorum dispositio conceditur.

Ex his inferitur quid dicendum sit, an usufructuario damnato, & publicatis eius bonis publicetur usufructus, vel ad proprietatem redeat? Et quidem si delictum tale est, ob quod usufructuarius patitur maximam, aut mediam capitis diminutionem, in quo casu diximus finiri iure communi usufructum clarum est non publicari, sed ad proprietatem redire. *l. corruptioem, n. 16. C. de usufructu.* Peregr. *de iure filii lib. 5. tit. 1. n. 73.* Et *l. 16. Mol. tom. disp. 9. vers. dixit facilius.* Sanch. *lib. 2. c. 16. n. 7.*

Difficultas autem est, an publicetur in regno Castellae, & Lusitania, in quibus ob maximam, aut mediam capitis diminutionem diximus usufructum non finiri. Et idem est secundum ius commune de delictis, in quibus condemnatus non patitur maximam, aut mediam capitis diminutionem, si omnia sua bona publicentur; an, inquam, sub hac publicatione usufructus comprehendatur, vel potius ad proprietatem redeat, vel in ipso fructuario perleueret?

Negat publicari, sed ad proprietatem redire, Bald. *l. 1. C. de bonis libert. n. 4.* Alexand. *cons. 23. n. 1. 4. vol. 1.* Conrad. *in pract. tit. de publicat. bonor. n. 3. vers. 3. limita.* Bernard. Diaz *pract. cap. 132. n. 4.* Probat duplici ratione. Prima. Qui non potest alienare per contractum, aut ultimam voluntatem, nequit per delictum alienare. *ex l. imperatores, 34. ff. de fideicommiss. lib. 1.* sed usufructuarius alienare non potest contractum, vel ultima voluntate usufructum; imò si de facto tenet alienare, nulla est alienatio, & usufructus ad proprietatem redit, §. *finitur. Inst. de usufructu. l. si usufructus, vers. si extraneo ff. de iure dotium,* & in utroque loco glossa, & Doctores communiter. Ergo neque etiam poterit alienare per delictum. Secunda. Quae non possunt ad extraneos haeredes transire, ut saepe dictum est, non possunt ad filium devenire, qui loco extranei haeredis succedit; at usufructus ad extraneum transire non potest, *ex supradicto §. finitur. Inst. de usufructu.* Ergo Neque valet dicere se alienare non posse, neque ad haereditatem extraneum transmittere ius percipiendi usufructum; bene tamen ipse usufructus commoditates, & utilitates durante sua vita, iuxta textum expressum in *l. arboribus, vers. usufructuarius, ff. de usufructu,* & habetur *l. 25. tit. 3. part. 3.* sicut ius decimandi alienari non potest in laicum. *cap. prohibemus, de decimis.* at bene potest eis vendi, locari aut alio quovis titulo concedi, commoditas, & perceptio fructuum, *cap. vestra, de locato.* Ergo licet non possit publicari ius percipiendi usufructum, poterit tamen ipse usufructus, seu illius commoditas publicari. Non, inquam, hoc valet, quia publicatio non extenditur ad bona futura, & venientia post delictum; sed ad bona tempore delicti existentia: ac commoditas, & utilitas usufructus succedit post delictum, & condemnationem, & solum ius percipiendi usufructum tempore delicti existit. Ergo si ius publicari non potest alienari, neque commoditas, & utilitas usufructus publicari poterit, quia ad ipsa non extenditur delictum, & usufructus.

Nilominus tamen dicendum est durante vita usufructuarius & publicatis eius bonis ob delictum, ratione

DE
STR
ALAC
TON,
II II

cuius usufructus non finitur, publicari & ipsum usufructum quoad commoditatem, & utilitatem, ipsius sic tenent Valquez l. 2. de bannis. c. 1. n. 10. Mol. disp. 9. vers. ex dicto facilius. Nilus de bannis. l. 1. p. secundum temp. n. 2. Simancas. de cathol. instit. l. 9. n. 9. Aut. Gomez. l. 2. var. cap. 15. n. 18. Sanchez. lib. 2. c. 16. n. 4. Farinac. l. 1. p. praxi. quest. 5. num. 150. Fachin. lib. 9. controu. c. 50. Peregrin. de iure fisci. l. 1. l. 5. n. 73. & 116. Bonacina disp. 3. de contractibus. quest. 8. punct. ult. §. 1. num. 11. & alij plures apud ipsos, & conlat ex l. si postuleris. §. iubet. ff. ad leg. Tul. de adulter. ibi. In quo tantum usufructum habet reus, magis est, ut perceptio usufructus ad publicum incipiat pertinere. Ratio autem est, quia licet ius percipiendi fructum pro proprio nomine alienare non possit, quia est personale: at alienare, cedereque alteri potes facultatem percipiendi fructum durante tua vita, non quidem ut ipse nomine proprio percipiat, quia hoc solum tibi usufructuario competere potest, sed ut nomine tuo percipiat, & fruatur. Quia alienatione, & cessione facta tu remans usufructuarius, impeditur tamen ut usufructu, propter cessionem, & alienationem alteri factam; alius tamen percipere illam utilitatem potest, sed ea quae alienari & transferri in alium possunt, possunt fisco subici. Ergo potest fisco subijci hæc facultas percipiendi alieno nomine commoditatem, & utilitatem usufructus. Hæc enim facultas transmissibilis non est bonum futurum, sed præsens, quando delictum committitur; ideo ipsa commoditates, & utilitates postea succedant. Ex qua ratione fundamenta contraria dissoluntur.

Extenditur tamen supra dicta doctrina, etiamsi granatus sit restituere usufructum post mortem, aut certum aliquod tempus: semper enim publicabitur usufructus, pro tempore; quo illum percipere debebas, nisi in usufructus constitutio esset expressa alienationis prohibitio facta in fauorem alicuius substituti non tui: quia tunc ratione illius expressæ prohibitionis, transibit commissio delicti usufructus ad substitutum, sic recte notatur Sanchez lib. 1. cap. 16. num. 5.

8. Secundo inferitur quid dicendum sit, an publicatis bonis parentis criminosis publicetur pecuniam castrense, aduentitium, profectitium, & legitima filiorum? Qua in re.

Dico primo. Bona castrensia, aut quali, nullo modo publicantur, quia hæc tam quoad proprietatem, quam quoad usufructum, & administrationem sunt filij. Nequeunt ergo ob parentis delictum publicari: & ita tradunt tanquam certum Nilus tract. de bannis. l. 1. p. secundum temp. n. 26. Gigas de crimine l. 2. de maiestatis, lib. 2. tit. de penis committent. id. crim. q. 13. num. 1. Sanchez alios referens. lib. 2. cap. 16. n. 1. Bonacina disp. 3. de contractibus, quest. 8. punct. ult. §. 1. num. 14. Farinacius de hæresi, quest. 190. num. 17.

9. Dico secundo. Bona aduentitia nullo modo publicantur quoad proprietatem ob delictum parentis, est certum, tradunt Nilus, Bonacina supra Sanchez num. 9. Et ratio est clara, quia quoad proprietatem non pertinent ad patrem, sed ad filium. Quoad usufructum sunt variae sententiae prout refert Sanchez supra, à num. 11. Probabilius est publicari pro toto eo tempore, quo usufructuarius debebat percipere usufructum: sic tradunt Fachin. lib. 9. cap. 50. Anton. Gomez. rem. 2. variarium resolut. cap. 15. num. 18. Farinacius quest. 2. 4. n. 33. Sanchez lib. 2. cap. 16. num. 15. Ratio est supra tacta, quia fisco succedit non solum in bonis, sed etiam in iuribus, quae alienari possunt. l. si postuleris. §. iubet. ff. de adulter. sed quamvis ius percipiendi fructus nomine proprio alienari non possit ab usufructuario: ius percipiendi fructus nomine ipsius usufructuarij ab ipso potest. Ergo hoc potest transire in fisco. Hoc tamen limitandum est, dummodo delictum tale non sit, per quod extinguatur usufructus, iuxta dicta. Si enim tale esset delictum, cum proprietate consolidatur usufructus, neque ad fisco pertinebit sic Farinac. pluribus relatis n. 33. Menoch. de recuper. poss. rem. 5. n. 244.

10. Grauis tamen controversia est, an committente patre delictum, ratione cuius filius à patria potestate extinguitur, extinguatur in parte usufructus bonorum, quae filius ante delictum acquisiuit (nam de acquisitis postea nulla est dubitatio ad patrem pertinere non posse, siquidem non habet in filium patriam potestatem (Molin. tom. 1. de instit. disp. 9. vers. ab hac regula disp. 229 paulo post princip. Sanchez lib. 2. cap. 16. n. 18. & 19. existimant in solo crimine hæresis extingui usufructum, & cum proprietate consolidari. In reliquis autem criminibus manere parentem usufructuarius, & fisco publicantem eius bona, publicare usufructum, toto eo tempore, quo pater potestatis illo erat. Mouentur, quia non ex eo quod filius à patria potestate egrediatur, amittit pater usufructum in bonis ante egressum acquisitis; quia hic usufructus non debetur patri ob patriam potestatem actu existentem, cum percipitur usufructus sed ob patriam potestatem, quam in filium exercuit, tempore quo filio bona à duenerant: alijs ingresso filio in religionem amitteret pater usufructum & ingresso parte rediret usufructus ad filium: quod non videtur ita receptum. In crimine autem hæresis ob eius atrocitatem ita videtur filius à patria potestate exire ut quoad omnia illius bona maneat exemptus.

11. Ceterum credo distinguendum esse cum Farinac. l. 2. praxi. quest. 14. num. 33. aut delictum quo filius extinguitur à patria

potestate, est tale, per quod pater patitur maximam, aut mediam capitis diminutionem, & tunc cum proprietate consolidatur, attentio iure communi, quia extinguitur usufructus, ut dictum est num. 7. at si delictum non sit tale, ad fisco pertinebit, quia esto solutur patria potestas, cum usufructus non sit extractus, ad fisco pertinere debet. At hoc iure communi nunquam contingit: nullum enim est delictum patris, quo solutur patria potestas in filium, quin sit delictum, ratione cuius pater non patitur maximam, aut mediam capitis diminutionem. Ex qua doctrina constat ratione hæresis, l. 2. de maiestatis, & sodomiae committit à patre non publicari eius usufructum in bonis aduentitijs filij, sed ad filium tanquam extinctum pertinere à puncto, quo illa delicta declarantur: & ita loquens de crimine hæresis, docet Gabriel Quemada in quest. fisci. q. 19. num. 4. Simancas de catholice. institut. tit. 9. num. 81. Cañerica in quest. crimin. cap. 1. num. 34. & alijs pluribus relatis Farinacius quest. 190. de hæresi. §. 1. num. 27.

12. Verum attentio iure regio Castellae, & Lusitaniae ubi ob nullum crimen redditur quis interstabilis, credo usufructum patris hæretici rebellis, Sodomitae ad fisco pertinere toto illo tempore, quo illum percipere debebat, si non delinqueret. Mouetur, quia esto filius à patria potestate egrediatur, non ob id extinguitur usufructus, siquidem non reputari potest tanquam mortuus, cum aliquam in bonis dispositionem habere possit ex supradicto iure. Neque mihi placet specialis exceptio hæresis. Nam cap. 2. §. fin. de hæresi. n. 6. ubi ob crimen patris etiam occultum eximitur filius à patria potestate, nullum verbum est, unde colligatur usufructum filio pertinere, nisi ex eo quod à patria potestate filius eximitur: inquit enim textus, illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes post emancipationem etiam huiusmodi apparerunt ante ipsam à via veritatis ad hæresis superstitionis inuim declinasse, nullius volumus esse momenti, velus factam de hominibus sui iuris eum dignum sit, ut propter patris atrocitatem delicti filij esse in partem hæreticorum deserunt potestate. Cum ergo ob sola exemptionem à patria potestate non extinguatur usufructus, attentio iure regio Castellae, & Lusitaniae, sed filium attentio iure communi ad filium pertinere, & cum eius proprietate consolidari.

13. De peculo autem profectio maior dubitatio est, an fisco applicetur, publicatis bonis parentis? Ratio dubitandi desumitur ex l. 3. §. sed verum ad finem ff. de minoribus, ubi hoc peculium in confiscatione bonorum patris decidit videtur ad filium spectare: inquit enim text. licet autem casu peculium ad filium spectet, ut puta si patris eius bona à fisco propter debitum pecuniarium occupata sunt: nam peculium eius ex constitutione D. Claudij separatur. ubi Glossa verbo separatur, ait, ut saluum habeat filium. Neque valet dicere, ibi non agere Imperatorem de occupatione bonorum ob delictum, sed de occupatione bonorum ob debitum pecuniarium, tum quia in Codicibus Florentinis non habetur verbum pecuniarium sed solum debitum, quod debitum ex delicto comprehendit. l. si cui exemptio 12. ff. de verb. signific. Tum quia Bald. in Infinitum fol. 131. probat non esse legendum debitum sed delictum. Tum denique quia maior difficultas reperitur in remissione debiti pecuniarij, quam in remissione peccati ob delictum: quia in remissione debiti pecuniarij agitur de damno vitando, scilicet amissione propriorum bonorum, in remissione peccati ob delictum solum agitur de lucro captando. Ergo si Imperator remittat peculium ob debitum pecuniarium patris, à fortiori illud remittere poterit ob delictum eius. Neque etiam valet dicere peculium illud separari, non tanquam à fisco non occupatum, sed tanquam id, de quo dubium est, an fisco, an creditoribus patris sit applicandum; quia clausula supradicta text. dicitur peculium illud ad filium spectare, quod cum effectu est intelligendum, alijs in casu confiscationis non ad filium, ad fisco dicitur spectare. Ergo ex eiusmodi lege videtur omnino dicendum peculium filij profectum non publicari, sed filio remitti. Ratio autem pro hac parte efficax est, quia fisco occupare non potest bona delinquentis, quia parte sunt aliena à delinquente, sed bona illa profectiva non sunt patris criminosis, quoad administrationem, & spem in illis succedendi, sed filij. Ergo secundum hanc partem occupari à fisco non possunt. Adde, priuatio illius administrationis pena est l. testamento tenuit ff. de manum. testam. sed nulla pena infligi potest absque culpa illius, qui illam patitur. Ergo absque culpa filij priuati non potest administratione illorum bonorum. Ergo neque confiscari possunt: & ita post alios Doctores, quos allegant, defendit Couart. lib. 2. var. c. 9. num. 7. vers. hinc apparet. Anton. Gomez lib. 2. var. c. 15. num. 16. Bofsius in sua praet. tit. de bonor. publicat. n. 71. Menoch. de recuper. poss. rem. 9. n. 73. Iulius Clausus l. 5. recept. q. 78. n. 14. Peregrin. de iure fisci. l. 5. l. 1. n. 126. Farinac. l. 1. q. 24. n. 26. Sanc. l. 2. c. 16. n. 21.

14. Temperant tamen aliqui ex supradictis Doctores suam sententiam, cum non procedat in casu quo delictum patris tale sit, ut per illud solutur patria potestas, quia tunc dicitur peculium non pertinere ad filium, eo quod desinat esse peculium

Item l. fin. C. de inoff. testam. secus vero cum delictum tale non est quia tunc dicitur patria potestas sic Cynus, Bald. Alexand. Roman. Imola relati a Farinae. Ant. Gom. & Sanchez. supra & ob hanc rationem in crimine haereticis publicis peculium profectum dicitur Gabr. Quemada quae fiscal. quae 19. Cetera quae criminalia de quae fiscal. tanguntur delicti cap. 1. num. 37. Greg. tract. de crim. l. a. maiest. lib. 2. tit. de penis committen. in crim. quae 13. num. 4. Farinae. inclinat de haer. quae 190. §. 1. num. 15. Locius Zechus in sum. p. 1. tit. de fide. rub. de here. cap. 1. num. 16. vers. quare ampliat. Ceterum hanc limitationem reprobat Anton. Gom. Menoch. & alij, quia ad publicitatem nihil refert definire esse peculium cessante patria potestate, sufficit si profectum peculium fuerit, tempore quo delictum commissum est, & confisatio faciendi erat.

15. Verum est hanc sententiam satis probabilem iudicem: et probabilitatem censo, quae affirmat hoc peculium profectum publicari publicis bonis parentis criminosi. Moueor, quia nihil peculium est patris quoad proprietatem & usufructum licetum, C. familia cretenda. sed filius usurpat bona, quae sunt delinquentis tempore commissi delicti. Ergo usurpat proprietatem, & usufructum horum bonorum, Neque hoc impeditur potest administratione, & spe succedendi, quam filius in hoc peculo habet, quia haec administratio, per se est quod accessum possessioni parentis: qua quidem per delictum sublatam tollitur administratio, & spes. Et confisio in bonis delicti filij, quoties pater committit delictum dignum confiscatione, dicitur v. usufructum publicari, esto non illo tempore proprietatem; quia usufructus ad patrem pertinet: sed in bonis profectis non solum usufructus sed etiam proprietatem pertinet ad patrem. Ergo publicari eius bonis publicari potest, & usufructus. Aliis exemptionibus vult publicitatem ob etiam parentis bona profectiva, quibus advenit tunc quod non videtur rationi contentum, cum in bonis profectis, plus iuris pater habeat. Confisio secundo, publicitatis bonis parentis, si creditoribus ex illis bonis filius non potest satisfacere integre, affirmat Thom. Sanchez lib. 2. cap. 16. num. 24. ex illo peculo satisfaciendo esse: quod etiam docuit Farinae de haer. quae 190. num. 15. in fine. quia peculij illius dominium est patris, & quia res alienam inuit filiorum legitimum, nedum peculium hoc: & quia naturali aequitate dicitur filium tractantem de lucro capiendo praefertur creditoribus tractantem de damno vitando. Sed haec omnes rationes probare (meo iudicio) manifeste peculium illud publicari: nam quia illud peculium reputatur tanquam legitima, quae de delictis alimentis secundum veram sententiam publicatur: tum quia filius dicitur in hoc peculo tractare de lucro capiendo, ac proinde creditoribus illi esse praefertendus. Ergo signum est tale in eum a patre filio provenire; sed nullum illi patet concedere potest, cum omnia illius iura publicentur. Ergo. Item filius non tenetur creditoribus delinquentis, cuius bona publicari, satisfacere, nisi pro viribus haereditatis confiscata, vt est omnium sententia. Ergo si publicatis bonis parentis criminosi, creditoribus ex peculo debet fieri satisfactio, cum reliqua bona non sufficiunt; signum est illud peculium sub publicitatem comprehendi: & ita tenet Bald. l. filium num. 2. vers. sed quid debeat, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Simanc. de cathol. in sum. tit. 9. num. 17. Valquez l. 2. disp. 169. cap. 1. num. 10. Chaldas l. f. exaratorum, verbo latis, num. 119. in fine, C. de integritate restitu. Bonacina disp. 3. de contract. quae 8. §. 1. num. 14. Azor. tom. 2. lib. 5. cap. 7. quae 8. & in crimine haereticis; & aliter, quo solvatur patria potestas, docentur Gabr. Quemada, C. Gas, Farinae. & alij, prout retuli num. praecedenti, & haec quam maxime l. 1. §. quando servus §. sed alius est alio, vers. sed est morte, ff. quando actio de peculio est annata, cuius verba sunt: Sed est morte patris, vel deponatione, sui in vis fuerit effectus filius de peculo intra annum haer. patris, vel ff. si detentor. Ergo si filius de illo peculo tenetur creditoribus satisfacere, illud peculium publicentem est: quem textum supradictam sententiam firmant Bald. post Cynum ibi in l. diximus, §. si pater ff. de excusat. tutorum. Ludovic. Roman. in l. si finita, §. si de vestigalibus col. 5. quae 1. num. 16. & ibi Alexand. num. 45. & 46. Neque satisfacit Iulio Sanchez num. 21. dicens ibi non decidi peculium illud publicari, sed casu quo publicetur, teneri filium ad debita quia frustra diceretur filius tenere ex illo peculo, si illud peculium nunquam filius publicare potest. Quapropter nullatenus recusat cum tenet, supponit peculium illud publicari. Item eodem modo dicitur filius ex illo peculo teneri deponatione patris ad debita, ac tenetur patris morte parentis: sed morte parentis tenetur haer. ex illo peculo in omnium sententia satisfacere creditoribus quia, in illo succedit eum illo colore, & graamine. Ergo aliam filius in illo succedit eodem modo.

16. Restat satisfacere rationi dubitandi desumptae ex l. 3. in qua si retinenda est communis lectio, vt filius propter debita pecuniaria patris occupet bona, facilis est solutio ex Baldo l. filius, num. 2. vers. sed quia contra. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris ad filium, inquam, tale peculium spectat in-

terim dum non cognoscitur, an reliqua bona sufficiant debita contracto satisfacere: quem intellectum satis indicat verbum illud separare, separatur, inquam, tale peculium, vt saluum habeat filius casu, quo reliqua bona patris sufficiant creditorum satisfactioni. Quod si velis legere loco d. bini pecuniarij, delicti, vt legendum placet Sanchez ex Balduino, dicere debes ex constitutione Claudi peculium profectum separari; & aliquo casu ad filium pertinere, scilicet cum aliunde non habet vnde satisfatur, qui modus explicandi fuit Baldi Lex executor. num. 30. vers. respondeo bona, C. de execut. rei iudicata. Argumento a ratione peto dic, filium non occupare bona qua parte aliena sunt, ac proinde directe non occupare administrationem peculij profecti: ac occupando eius proprietatem, & usufructum, & extrahendo illa a potestate, & dominio patris; administrationem illius occupat indirecte, quod non est inconueniens, cessante administrationem filij, ob occupatam proprietatem ab alio, quam a parente, sicuti si a creditoribus occupatur ob debita patris.

17. Vitio de legitima, & alimentis debitis filio in bonis parentis, est graue dubium, an publicatis bonis parentis haec legitima, & alimenta publicentur: Regula generalis est non publicari: habetur l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum, vbi publicatis bonis parentis dicitur non esse faciendum praedictum in legitima: tenet pluribus relatis Tiraquel. in repetit. l. sequamur, verbo donationis largitus, num. 332. Et sequitur C. de recuperand. donationum. Menochus in 9. r. m. de recuperand. possess. num. 178. Ro. ad. consil. 97. num. 29. volum. 2. Clarius quae 78. vers. c. videndum est pluribus sumat Farinae lib. 2. praxi, quae 24. num. 34. Peregrinus de iure filij lib. 5. tit. 2. num. 24. & sequentibus. Sanchez lib. 2. cap. 16. num. 25. Ratio est, quia legitima debetur de iure naturali non positio, vt ex supradicta l. constat, eaque de causa non transit in filium, nisi expressa a filio hoc cautum sit. Debetur autem filio legitima a die, quo bona parentis publicata sunt, quia ab illo die patris tanquam mortuus reputatur sic tradit Boffius in tit. de bonorum publicat. num. 6. late Roland. consil. 97. num. 34. Et sequentibus volum. 2. Farinae alius relatis quae 24. num. 35. Et 36. Iudicanturque in l. 1. ff. de bonis damnatorum, dum in ea dicitur, quod quando bona patris publicantur ob crimen, ratione cuius pater vitatus, vel ciuitate, & libertate priuatur: filij portionem ex bonis partem damnatorum accipiunt, ponderat enim verbum accipiunt, quod est praesentis temporis, & non futuri.

Si autem inquiras, quae sit haec legitima debita filio? Respondeo attento iure communi, licet tertia pars sit haereditatis patris, quando sunt quinque, vel plures: vt habetur in authent. nouissima, C. de inoffic. testamento. at in casu in quo bona parentis publicantur, si pater habet unum, vel duos filios, erit dimidia pars totius haereditatis, si tamen habeat tres, vel plures filios, tota haereditas in filios diuidetur, nihilque filio erit applicandum: habetur l. fin. C. de bonis damnatorum. vbi glossa, Cynus, & alij quos refert, & sequitur Rolandus consil. 97. num. 30. Et sequentibus lib. 2. Farinae quae 24. praxi, §. num. 37. vbi concludit a praedicta doctrina nullo pacto recedendum esse in iudicando, inquam iuris expressa auctoritate firmata est, & Doctorum communi calculo recepta. Dixi, attento iure communi. Nam spectato Castellae regno, tota haereditas patris, excepta quinta parte, de qua ipse liber potest disponere, reputatur filiorum legitima. l. 1. tit. 6. lib. 5. recopilat.

18. Haec tamen regula aliquos patitur limitationes. Prima in bonis matris, quae si ob delictum matris publicentur, non referuntur inde filijs legitima, ex l. de bonis matris. C. de bono proscripto. & tradit Clarius alios referens, lib. 5. quae 78. vers. c. videndum, in fine. Farinae quae 24. num. 41. dicens indistincte a Doctoribus approbati: at filius legitimus referatur legitima, ac si pater non deliquisset; vt pluribus comprobatur Farinae praxi, lib. 3. quae 115. §. 3. m. 59. & 100.

19. Secundo limitatur, vt non procedat in filijs conceptis post condemnationem, quia ipsi non debentur legitima, cum iam tempore conceptionis nihil pater habeat, quod possit illis relinquere, sic Bald. in dicta l. fin. C. de bonis damnat. col. 1. Roland. dicto. consil. 97. num. 38. vers. c. hoc velle videtur. Bald. num. 2. Farinae num. 42. vbi aduenit cum Boffio hoc procedere in casu deponationis, secus in banno; per bananum enim non amittuntur iura communia, sicut amittuntur deponatione ac proinde si post bananum patris conceptus sit filius, debetur ei legitima, secus si fuerit deponatus.

20. Tertio limitatur principaliter in crimine haereticis, in quo ob paternam haereticam, & in punitionem patris priuatur filij etiam catholici legitima ipsi debita in totum, & per totum: est decisio expressa textus in cap. vergentis, de haereticis, vbi filij redduntur incapaces omnis successione paternae, vt sic partes timore poenae ita grauis arceantur a tali peccato committendo. Idem habetur ex iure ciuili authent. Gazaros, C. de haereticis, glossa in cas. cum secundum, de haereticis in 6. Farinae num. 44. Pegna directi. 2. part. comment. 9. Simancas de cathol. in sum. tit. 29. num. 12. Sanchez alios referens, lib. 2. cap. 16. num. 26.

DE
NOSTRO
ALIA
TON
LIB



Quæ bona vxoris censentur publicata, publicatis bonis mariti.

- 1 Nulla bona vxoris publicantur.
- 2 Non publicatur eius dos.
- 3 Item nec bona paraphernalia, nisi alio titulo vxori quaesita.
- 4 Potest vxor innocens omnia sua bona publicatis bonis mariti propria auctoritate capere.
- 5 Quia ratione debeant mulier prebare bona habere, ne sicut vsurper.
- 6 Quid teneatur fiscus facere dum non soluit.
- 7 Dos, reliquaque bona vxori non solum quoad proprietatem, sed etiam quoad vsufructum non publicantur, publicatis bonis mariti.
- 8 Publicatis bonis mariti, non publicatur quarta pars illorum bonorum debita vxori inopi.
- 9 Limitatur, vt non procedat, quando hac mulier bis insequisset.
- 10 Mulier nubens scienter hæretico, dotem perdit.
- 11 Negat Sanchez alia bona extra dotem amittere.
- 12 Probabilis censio opposita.
- 13 Quid si à principio ignoranter processit non debent eius bona publicari.
- 14 Satis sit fundamētum num. 11. adductis.
- 15 Quid si maritus ducat vxorem hæreticam, priuandus non sit bonis, sicut de vxore hæretico nuptentel Negat Sanchez.
- 16 Contrarium videtur probabilis.

Regula generalis est, nulla bona vxoris publicari ob crimen mariti, etiam si læsæ maiestatis sit quia pœna sue tenet auctoritas, nec vitiosus contra eos progreditur, qui procal fuit à delicto. l. sanctissimus, et de pœnis, et l. ob matrimonium C. de vxore pro marito.

Hinc fit primò dotem vxoris non publicari. l. quisquis, §. vxores sane, C. ad legem Iuliam de maiest. et in l. si quis possidet, C. de bonis proscriptis. Et in crimine hæreticis est textus expellens in cap. decretis, de hæreticis, in 6. vbi Innocentius I. V. arguit propter hæresim maritorum, vxorum catholicarum dotem non debent confisari. Excipit tamen Pontifex, nisi forè mulieres ipse cum viuis matrimonium contraxissent, quos hæreticos tunc sciebant, quia tunc in penam delicti commissi, & periculi peruersionis, cui se mulieres exponunt, publicantur.

Secundò fit non publicari bona paraphernalia, vel alio titulo vxori quaesita, quia vxoris sunt. Tertio neque arthas, seu condum Hispanum vium, hoc est, donationes factas vxori propter nuptias ab sponso, nisi tunc sponsum fuerit hæreticus, quia in tali casu omnes donationes à puncto commisi delicti infirmantur, quia omnia eius bona sunt obligata fisco. Quarto neque donationes vxori factas à consanguineis mariti, nisi donans expressisset voluntatem, vt marito acquirerentur, quod ratio fit: nam esto contemplatione mariti vxori donatur, potest donans, velle, vt vxori acquiratur: & ita velle regulariter præsumendum est. Nam, esto grauissima sit questio, an donata à consanguineis vtrius coniugis, alteri ab eo cui donatur, acquirantur, & plures Doctores fitent in casu dubio non donatario sed alteri acquiritur: vt videri potest in Sanchez disput. 26 lib. 6. de matrim. ar. 1. ut sententia tot limitationes apponit, vt vix casus deus, in quo donatio donatario non acquiratur. Quapropter censio regulariter donatario acquiritur, & pluribus relatis docetur Pegna 3. part. quest. 111. comment. 160. vers. sic. negat Farinacius, de hæres. quest. 190. num. 46. Quinto sit in regno Castellæ, vbi lucra diuiduntur per æquales partes inter coniuges. l. 5. tit. 3. lib. 5. compilat. mediam partem lucri vxori innocenti acquirunt non publicatis bonis mariti: & generaliter quod acquirunt ab vxore constante matrimonio non publicantur, publicatis bonis mariti, docetur Pegna supra Farinacius num. 47. Gratific. l. 2. de cens. cap. 11. num. 33. Sextò donationes factas vxori à marito constante matrimonio licet probabile sit publicari, vt defendit Valquez. 1. 2. disput. 169. cap. 1. num. 4. Azor. con. 1. institutionum moralium, lib. 5. c. 7. quest. 8. Simancas de catholic. institut. tit. 9. n. 10. Bonacina disput. 3. de contractibus, quest. 8. punct. vltim. num. 16. At probabilis existimau non publicari, eo quod morte ciuili mariti videantur hæ donationes confirmari quoad effectum, ne transferantur in fisco. Et ex his constat quod dicendum sit de veltibus datis vxori à marito credo enim, siue viles sint, siue pretiosæ, non publicari, quia semper præsumi debent esse illius, cui sunt donata, & motu eiuili donantis confirmari respectu donatarij. Hæc omnia: ita breuiter, & summariè dixi, quia supponunt difficultates alterius loci, & quia in his communitur Doctores conueniunt, vt videre est in Farinac. part. prax. qua. 25. à num. 111. vsque ad 157. et de hæres. quest. 190. §. 3. a. n. 43. Lymeric. 3. part. directior.

Quarto limitatur in crimine læsæ maiestatis humana, commisso tamen contra Principem, vel reipublicam, hoc enim solum crimen est, ratione cuius filij successione paterna priuantur, ex l. quisquis, C. ad legem Iuliam de maiest. & tradit glossa l. eorum, ff. ad legem Iuliam de maiest. vbi late probat non extendi ad alia crimina læsæ maiestatis contenta in l. 1. 2. et 3. ff. ad legem Iuliam de maiest. & hanc glossam sequitur Clarus in §. læsæ maiest. num. 15. vers. tunc tamen. Menochius de arbitrar. l. 2. casu 316. num. 29. Farinacius lib. 2. prax. quest. 115. §. 3. num. 123. & alij apud ipsos.

Duplex restat examinanda difficultas. Prima de filiabus, an propter crimen læsæ maiestatis commissum à parentibus, ratione cuius bona parentum publicantur, referenda illis sit legitima.

Respondeo esse referendam de bonis maternis, secus de paternis bonis: ab his enim omnino excluduntur: textus est expellens in l. quisquis, §. ad filia. C. ad legem Iuliam de maiest. & redditur ibi ratio huius fauoris, quia propter sexus infirmitatem minus aulæ creduntur formine, difficultatibusque paternos deprauatos motus imitatur: sic gloss. ibi verbo filiabus et verbo minus aulæ. Gigas de crimine læsæ maiestatis, l. 3. rubr. de pœnis quas filij incurruunt, quest. 14. num. 1. et seq. Anton. Gomez de delict. cap. 2. rubr. de crimine læsæ maiestatis, n. 13. vers. filia verbo Farinacius pluribus relatis, quest. 115. §. 3. num. 94.

Verum etsi his filiabus non debeatur legitima ex bona parentis committentis crimen læsæ maiestatis: at debetur illi dos, casu quo aliunde non habeat, quia iure naturæ obligatur pater filiam dotare. l. fin. C. de dotis promiss. Si autem pater huic obligationi non satisfecit, ad hæredes ipsius transit, vt rectè Bartol. in l. si maritus. §. si voluntate, et in l. insulam, et in l. post dotem. ff. soluto matrimonio. Alexaud. in l. que sum §. si ipsam, de priuilegijs credito. Ergo cum fisco loco hæredis succedat parentis bonis publicatis, consequenter obligatur filias dotare: sic Dynus in l. insulam in princip. ff. soluto matrimonio. Bartol. in l. fin. C. de dotis promissione, & pluribus firmat Farinacius quest. 24. n. 46. et 47. Gigas, de crimine læsæ maiestatis, lib. 3. tit. de pœnis, quas filij incurruunt, quest. 14. et 15. Roland. consil. 73. num. 23. volum. 23. Clarus, in practica crimine læsæ maiestatis, vers. ha autem pœna. At in crimine hæreticis videtur propter exitu atrocitatem quacumque legitima, dote, & successione materna, & paterna, si ab vtroque parente commissum sit, debere filias priuari; si ab vno, omnia, que ab illo debebant illis prouenire: esto supradicti Doctores eodem modo videantur loqui de hoc crimine, ac de crimine læsæ maiestatis humanæ, & textus in cap. vergentes, de hæreticis, illa comparat.

Secunda difficultas est, an saltem alimenta referenda sint filiis committentium crimen læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ.

Negat communiter Doctores referenda esse, sed sola vita ex misericordia, quia, vt dicitur in l. quisquis, C. ad legem Iuliam de maiest. et cap. vergentes, de hæreticis, tales debent esse in hoc mundo, vt eis vita sit supplicium; & mors solatium, sic docet Patrus Sardus de aliment. tit. 1. quest. 31. & pluribus relatis Sanchez lib. 2. cap. 16. num. 26. multis tamen ex illis loquuntur de legitima, non de alimentis iure naturæ debitibus.

Nihilominus probabiliter non videtur carere saltem in crimine læsæ maiestatis humanæ, filios esse priuatum alimentis, sed de illius bonis alendos esse: sic Ioan. Baptist. Plot. consil. crimin. diuers. l. 30. sub num. 84. et 85. lib. 1. Socin. consil. 30. num. 3. lib. 1. Ripa in l. ex factis, num. 9. ff. ad Trebellianum Lupus in repetit. cap. per. vstra, in 3. notab. num. 15. de donation. inter virum, et vxorem. Franc. Bec. consil. 8. num. 7. Amilian. consil. 139. num. 2. et consil. 164. num. 4. quos omnes refert, & sequitur, Farinacius lib. 3. prax. quest. 115. §. 2. num. 128.

Sed inquires, an filij horum reorum in foro conscientie abscondere possint ad sui sustentationem aliquid de parentum bonis, quæ publicata sunt ob crimen hæreticis, vel læsæ maiestatis si illis non referentur alimenta? Absolutè affirmat Guillelmus Benedict. cap. Raynuius, de testament. verbo et vxorem, decis. 5. num. 286. id fieri posse: credit tamen Sanchez lib. 1. cap. 16. num. 27. id esse intelligendum in sola extrema necessitate, in quo casu omnia sunt communia. At ego existimo non solum in hoc casu, sed quoties gramem inde passuri sunt necessitatem, posse ea abscondere, & retinere, quæ hoc detrimentum exculent. Moueor, quia in illo conflictu probabilissimum est obligationem esse fisco eleemosynam elargiendi item in illo casu non tenetur debitor debitum creditari reddere, & ita tradit Bonacina disput. 3. de contractibus, quest. 8. punct. vltim. §. 1. num. 15. sine iunctis his quæ dixit disput. 1. de restitut. quest. vltim. punct. 1. n. 37. vbi relato Rebello Nauarro; Clau Regia probat obligatum cedere bonis suis posse abscondere, & retinere, quantum necesse est, ad tenuem sui, & eorum quos alere tenetur, sustentationem, iuxta suum statum eo quod ad restitutionem nullus teneatur cum tanto suo incommodo.